



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)**

**Colonie, 29. IX. 1492**

Sep[ar]atio inter prepositum et capitulum ecclesie Colon[iensis].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30901**



elapso nos ipsorum negligentiam super  
plere curabimus ut tenemur.

Reparatio in temporalibus ecclesie Coloniensis.

Item circa bona temporalia ad mensuram capituli ecclesie nostre Coloniensis spectantia sine quibus spiritualia diu subsistere nequeunt. In quorum dispositione, gubernatione et administratione plurimos defectus negligentias et abusiones eidem ecclesie et personis ipsius danosos et preiudiciales commisit primum ut sequitur diximus providendum.

Separatio inter prepositum et capitulum ecclesie Coloniensis.

In primis statuimus et ordinamus ac volumus quod separatio bonorum temporalium dudum sub anno domini M. CCC. LXXII. die vii. mensis Januarii anni eiusdem inter L. de marka tunc prepositum ex vna. decanum et capitulum ecclesie nostre Coloniensis supradicte parte ex altera. pro nos et de consensu et auctoritate nostris facta et ordinata. necnon pro se. re. dominum Gregorium papam. XI. approbata et confirmata tam pro preposito quam pro decano et capitulo pro parte eiusdem ecclesie in omnibus et pro omnia iuris sui tenore et forma perpetue et inuiolabiliter obseruet. Volentes prout idem dominus Gregorius voluit quod bona possessiones et iura de quibus in separatione ipsa merito habetur et ius percipiendi ea inter singulares canonicos ipsius ecclesie non dividantur. sed perpetue in communi remaneant et ad usus prebendarum et supplementationem earundem pro eodem officiarum pro predicto capitulo deputandis gubernanda et administranda. decernentes irritum et inane. quemadmodum dictus dominus Gregorius etiam decreuit. si secus a quocumque attentatum iam sit vel in posterum attentetur. quod etiam sub pena excommunicationis quam in his scriptis ferimus in contrarium facientes districte prohibemus cuius separationis tenor sequitur et est talis. Gregorius episcopus

seruus seruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Reuocatio separationis bonorum maioris ecclesie Coloniensis

Consequenter quia quorundam canonicorum ecclesie nostre prelati Coloniensis auaricie cecitas. alios occupauit et occupat ut qui pro vias directam diuisionum bonorum prelatorum iure et dicta separatione prohibente. inter dicta nouerunt pro vias commissionis et locationis et alijs exquisitis modis et vijs fraudem iuri et dicta separationi committentes. sibi usurpare reme presumserunt et presumunt. unde ex rebis et mente dicta separationis pronunciamus decernimus et pronunciamus tenore declaramus pronunciationes commissiones seu diuisiones quocumque bonorum predictorum aut quocumque alio nomine vocentur. quocumque post datam dicta separationis factas et maxime alias de anno domini M. CCC. LXVII. de mense septembris. die. xviii. eiusdem et alie postmodum sub anno domini M. CCC. LXXII. de mense decembris. eiusdem anni factas fuisse et esse de ipso iure nullas irritas et inanes ac contra tenorem mentem et formam dicta separationis ac ecclesiam contra iura dispositionem et utilitatem ipsius ecclesie et capituli eiusdem attentatas et presumptas aliasque fuisse et esse nullas robore vel firmitatis ipsas pronunciationes commissiones seu diuisiones etiam quibuscumque nominibus censent de facto prout de facto tantum procellerunt in omnibus suis predictis et clausulis. et pro omnia quantum ad predicta bona reuocamus. Venimus insuper omnes et singulos canonicos eiusdem ecclesie cuiuscumque status gradus vel conditionis existant in dictis pronunciationibus nominatos et expressos. et singulariter quemlibet eorundem. coniunctim et diuisim. qui occasione dictarum pronunciationum seu alterius eorundem. Curtes. bona. possessiones. decimas. redditus seu iura quocumque vel quibus